minorennitate, Successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel aliis quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeteroci Ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque, vel aliis quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec quouis alio modo evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Mlodecki. G: Telec Quietat

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Christophorus Mlodecki Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosum Ioannem Venceslaum Telec Pincernam Kiiouiae et ipsius posteros de summa Noningentorum Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per eundem Generosum Telec Pincernam Kiiouiae, Actis Terrestribus Praemysliensibus in positione Actorum eorundem Iudiciaria modo simpliciter debiti in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo proxime praeterito inscripta, et super bonis eius generaliter omnibus ad Soluendum assecuratae, necnon de eadem 1082

1081

ipsa Inscriptione Debitorea Terrestri Praemysliensi suo in tenore latiori ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti praestitam satisfactionem, summaeque suprascriptae realem et effectivam persolutionem, quietat, emittit, dimittit, liberamque et absolutam perpetuo pronunciat Inscriptionem eandem debitoream, in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium

Fredrowa, Fredro maritum suum Quietat

1082 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosa Sophia de Snopkow Generosi Alberti Snopkowski Vexilliferi Latyczowiensis filia, Generosi vero Stanislai Michaelis Fredro Subdapiferi Podoliae Consors legitima, cum eiusdem supra scripti Generosi Vexilliferi Latyczowiensis Parentis sui authoritate et assistentia, ac Mariti ad infrascripta recognoscenda Consensu, Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa suprascriptum Generosum Stanislaum Michaelem Fredro Subdapiferum Podoliae Maritum suum et ipsius successores de summa Novem Millium Septingentorum Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti, per eundem suprascriptum Generosum Maritum suum Actis Terrestribus Praemysliensibus

Fra.